¶ Infra poſite ſacroſctẽ reliquie in monaſterio ſcti Mathie apli: extra muros ciuitatis Treuereñ. pie criſtifidelium deuotioni oſtendi conſueuerunt.

1530

¶ Primo oſtendit Caput ſcti Eucha
rii primi Treueroꝝ epi. Qui tercius
ex ſeptuaginta duobus diſcipulis xpi
Anno dñi: quinquageſimoquarto: im
perii Claudii .xii. a btõ Petro aplo: cũ
Valerio et Materno ꝓbate ſctitatis vi
ris Treuerim mittitur vt pplm a diaboli ſeruitute
erueret: et ad creatorẽ ſuũ ſacris eruditionibus ↄuer
teret. Tenuit aũt pontificatũ Treuerice vrbis .xxiii.
annis. Hic eccl'iam a ſe cõſtructã in honore ſcti Johã
nis apli et euangeliſte: tũc adhuc viuentis ↄſecrauit.
In qua corpus memorati .ſ. Eucharii a diſcipulis ſu
is ſepultũ fuit: et ob hoc p̃fata ecclia multis annis cel
la ſiue eccleſia .ſ. Eucharii nuncupata fuit. Nouiſſi
me aũt poſt reconditionẽ ſacri corpis .ſ. Mathie apli i
eadem eccleſia vocata fuit ecclia ſcti mathie apoſtoli
Latuit aũt corpus añdicti .ſ. Eucharii multis annis
in choro ſub ſummo altari in ſarcofago terre in foſſo
ac firmiſſime clauſo. Anno aũt dñi .M.cccc.xiii. quã
do dictũ ſummũ altare ꝑpter nouũ edificiũ in choro
factũ motũ fuit de loco ſuo: inuentũ fuit ibidẽ ſacrũ
corpus ſupradicti ſcti Eucharii: et apud ſacꝝ corpus
lamina plũbea vetuſtiſſima: cui⁹ ſcriptura apte doce
bat ibi ↄtineri ſacrũ corpus añfati .ſ. Eucharii.

¶ Secundo oſtendit de ſctō Valerio ep̄o Treuereñ. ſucceſſore immediato ſcti Eucharii Qui verbū vite p̄dicando: quindecim annis treuereñ. rexit ep̄atū Sepultus et ipſe iuxta corpus. ſ. Eucharii Cuius corpis magna ps cū corpe. ſ. Eucharii in vno et eodem ſarcofago. Anno dñi. M. ccccc. xiii. inuenta fuit.

¶ De ſctō Cirillo ep̄o Treuereñ. cui⁹ corpis magna ps in ecclia ſcti Mathie apoſtoli etiam habetur.

¶ De ſctō Materno ep̄o qui poſt exceſſum bti Valerii pontificalē in Treuiros agripinenſes et Tungrēſes ſuſcipiens apicem: quadraginta annis talentum ſibi creditū fideliter diſpenſauit. De ſancto Modoaldo archiepiſcopo Triuereñ.

¶ Tercio oñditur brachiū ſci Agricii olim patriarche Anthioceni: miſſi ad ciuitatē Treuereñ p ſctm̄ Silueſtrum papā ad petitionē ſctē Helene cū p̄cioſiſſimis reliquiis. Tunica videlicz dñi incōſutili: clauo dñi. Corpe. ſ. Mathie apoſtoli ac aliis multis reliquiis. Hic poſt multos agones p xp̄o deſudatos Idib⁹ Januarii nature ꝯceſſit: ſepultuſqz fuit iuxta corpus. ſ. Eucharii: vt clare ex geſtis Treuerorū: et vita ipſius Agricii habet. Anno dñi. M. ccccc. ~~vnd.~~ xiii. qñ chorus eccleſie. ſ. Eucharii ſiue ſcti Mathie renouat⁹ fuit: ac Cripta noua ſub choro extructa: ſummū altare ꝑpter dictū edificium (ex ſpeciali pmiſſione reuerēdiſſimi dñi Richardi archiep̄i ac principis electoris ꝛc.) ex toto fractū fuit: p̄ſentibus notario ac teſtibus fidedignis In quo inter ceteras precioſas reliquias ibidē repertas: inuenta ē vna ciſta in qua repoſita erat magna pars corporis ſancti Agricij archiepiſcopi Treuereñ. antedicti: et in ciſta apud ſacras reliquias lapis marmoreus in quo ſculptum erat Sctūs Agricius archiep̄s. Repoſite fuerunt he reliquie ſancti Agricii in ſummo altari. Anno domini. Milleſimocenteſimoquadrageſimooctauo: quando idem altare per Eugenium tercium conſecratum fuit.

¶ Quarto oſtendit Brachiuz ſancti Mathie vnici germanice nationis apoſtoli. Cuius ſacratiſſimum corpus in eadem eccleſia ante chorūz in tumba argentea conſeruatur. Iſtud ſacratiſſimū corpus ſancta helena imperatrix de Judea trāſlatum per ſanctum Agricium Treuerim miſit. Qui illud repoſuit ī eccleſia predicti ſancti Eucharii Que poſtea ob honorem ſacratiſſimi corporis ſancti Mathie apoſtoli: ac creberrima miracula: quibus ibidez longe ac late: terra mariqz claruit. atqz clarere nō deſinit: eccleſia ſcti Mathie apoſtoli vocitata fuit.

¶ Quinto oſtenditur Brachium ſancti Philippi apoſtoli Cuius corporis pars pluſquā media in antedicta argētea tumba ſancti Mathie apoſtoli ho-

norifice conſeruatur cum corpore ſancti Mathie in ſpeciali ciſta: hee precioſe reliquie ſancti philippi apoſtoli multis temporibus poſt altare ſancti Mathie in terra abſcondite fuerũt in paruo ſarcophago. Anno autem domini Milleſimoquadringenteſimoſexageſimo nono: quarta die Julii reperte fuerunt cum antiquiſſima lamina: cuius ſcriptura indicabat ibidem predicti apoſtoli Philippi reliquias haberi.

¶ Sexto oſtenduntur notabiles partes de ſctis apoſtolis Paulo Bartholomeo. Jacobo maiore Jacobo minore. Thadeo ſiue Juda et Symone fratre eius. Item de ſancto Marco euangeliſta.

¶ Septimo oſtenduntur notabiles partes de ſancto Johanne baptiſta. Item de veſtõ ſancti Johannis baptiſte: facto de pilis Camelorum: de quo habetur: Mathei tercio. De ſancto Petro principe apoſtolorũ Et de tunica eiuſdem ſancti Petri. Item dens ſancti Thome apoſtoli.

¶ Octauo oſtenduntur Valde notabiles et magne partes de ſanctis Andrea apoſtolo fratre ſancti Petri: ac Matheo apoſtolo et euangeliſta: de cuius vocatione ac conuerſione habetur Mathei. ix.

¶ Nouo oſtenditur Caput ſctĩ Blaſii epiſcopi ac martyris Cuius ſacrũ corpus etiã in ſancti Mathie apoſtoli baſilica requieſcit: Hic ſanctus cum omni ſanctitate polleret electus eſt a chriſtianis in epiſcopum ciuitatis Sebaſtẽ. Hic legitur tempore paſſionis ſue pro ſe innocentibus oraſſe: ac ſpecialiter pro gutturis paſſionẽ ſuſtinentibus Et audiuiſſe vocẽ ſe fore a domino exauditũ: vt in eius legenda latius habetur.

Decĩo oñdũt capita ſctõꝝ Celſi et Modeſti epiſcoporũ Treuereñ. Caput Seuere vginis ac abbatiſſe: Sororis ſancti Modoaldi epiſcopi Treuereñ. ac matertere ſancte Gertrudis vginis: vt docet Anthoninus in ſecũda parte cronice ſue titulo: xiii. capitulo. vi. §. xiiii. Sacra corpora dictorum trium ſanctorum etiam in eccleſia ſancti mathie apoſtoli requieſcunt.

¶ Undecimo oſtenduntur Notabiles partes de ſctis papis et martyribus Clemente et Sixto De ſanctis martyribus Stephano prothomartyre. Laurentio. Sebaſtiano. De ſancto Oſwaldo rege anglie ⁊ mar

tyre. Cingulum eiuſdem ſancti Oſwaldi.

¶ Duodecimo oſtenditur Brachium ſancti Georgii martyris ac militis chriſti. Qui ob amorem dei ſeculari militie renuntians ac chriſtianum ſe ſponte et publice profitens: poſt grauiſſima tormenta pro chriſto cõſtãtiſſime tolerata: celum feliciter petens: ſuis deuotis famulis indefeſſus ac fidiſſimus exiſtit auxiliator.

¶ Terciodecimo oſtenditur de ſancto Juſto martyre Treueren̄. Cuius corporis pars magna in eccleſia ſcti̅ Mathie habetur. Item notabiles et magne partes de ſancto Cornelio papa et martyre. De ſanctis Mauricio Vincentio ꝛ Coſma martyribus. De ſancto Eraſmo epiſcopo et martyre. De ſancto Anthonio abbate et confeſſore.

¶ Quartodecimo oſtenditur de ſancto Magno martyre. Cuius corporis pars notabilis in eccleſia ſancti Mathie habetur.

¶ Item de ſancto Stephano papa et martyre. De ſancto Ipolito martyre.

¶ De ſancto Lazaro epiſcopo marſilien̄. et m̄re fratre ſancte marie magdalene et marthe.

¶ De ſanctis epiſcopis Seruatio et Huperto.

De ſancto Hieronymo notabile os.

¶ De ſancto Bernardo abbate et confeſſore.

¶ Quintodecio oſ̄dūt notabiles ptes d. ſ. helena im patrice que Treueren̄. citatē pcioſiſſimis ditauit: ac decorauit reliquiis. de. ſ. Adelheide ĩpatrice Itē de. ſ. Scolaſtica ſorore ſcti̅ Benedicti abbatis. Cuiꝰ etiã btūs Gregorii. circa finē ſcdi libri dialogoꝝ meminit

¶ Sextodecimo oſ̄dit de ſctis v̄ginibꝰ et martiribꝰ: Katherina Dorothea Criſtina Urſula Barbara Iuliana Cecilia Lucia Margaretha. Itē ſctis de v̄ginibus Benigna et Hildegarde abbatiſſa: mõtis ſancti Ruperti ex oppoſito bingē̄ſis oppidi: ex altera parte Naij fluuii Peplum magnum eiuſdem Hildegardis in quo multis annis ſepulta fuit. Corona eiuſdē virginis quo vtebat tempore ſacre communionis.

¶ Septiodecio oſ̄dit brachiū integꝝ ac incõſumptū: cū manu vniꝰ innocētis de innocentibus quos impius trucidauit herodes. Itē notabiles et magne partes de ſctis virginibus et martiribus Agatha et Appollonia.

¶ Octauodecimo oſ̄dunt notabiles partes de ſctis papis Silueſtro et Gregorio magno. De ſctō Gangulpho m̄re. De ſctō Quirino m̄re. De ſcō Germano altiſiodoren̄. epo: notabile os. Item de ſctis epis Clemente meten̄. et Pirmenio Mlden̄. De ſanctis wandelino et Alexio confeſſoribꝰ

¶ Nonodecimo oſ̄tēdūtur valde notabiles ꝛ magne partes. Primo de ſancto Martino epiſcopo. Secūdo de ſctō Nicolao epiſcopo. Tercio de ſancto Benedicto

abbate et confeſſore. De cuius vite ſanctitate ac miraculorum patratione: ſanctus Gregorius ſcdm ſcripſit dialogorum librum.

¶ Viceſimo oſtenduntur multum notabiles et magne partes. Primo de ſancta Anna matre beatiſſime marie virginis. Secundo de ſancta Maria magdalena. De peplo Marie magdalene. Item de veſtimento eiuſdem marie magdalene.

¶ Viceſimoprimo oſtenditur de Capillis beate ~~marie~~ ac glorioſe virginis marie. De veſtimento eiuſdem glorioſe virginis marie.

¶ Viceſimoſecundo oſtenditur. De Alba veſte chriſti in qua illuſus fuit ab herode: vt habet Luce xxiii. De veſtimento purpureo chriſti in quo illuſus fuit a militibus pylati poſt ſuam flagellationem.

¶ Viceſimotercio oſtenditur d̄ ſpinea corona qua criſtus a militibus coronatus fuit. De ligno lancee qua vnus militum latus chriſti aperuit. vt habet Johannis. xix. De ſudario quod fuit ſuper caput chriſti tempore ſepulture.



¶ Viceſimoquarto oſtenditur de ligno ſancte crucis pars magna. Cuius longitudo excedit longitudinem vnius vlne: Et due partes in eodem ligno poſite in tranſuerſo ſimul ſumpte excedunt longitudinem medie vlne.

¶ Habentur et alie multe reliquie in ſupradicta eccleſia ſancti Mathie apoſtoli in altaribus in ſarcofagis ſiue ſepulchris: ac aliis repoſitoriis in cripta: ac aliis diuerſis locis docent enim geſta Treuerorum in Cimiterio baſilice ſancti Eucharii viginti nouem Treuirorum ſanctos pontifices in pace requieuiſſe verū quia dicte reliquie populo non oſtenduntur: ea propt̄ hic gratia breuitatis etiam ſubticentur ꝛc.

¶ Supraposite ſacroſctē reliquie in monaſterio ſancti Mathie apl'i extra muros ciuitatis Treuereñ. pie xp̄ifideliū deuotioni ꝯſueuerunt oſtendi. Et a mgr̄o Caſpar Hochffeder calcographo diligenter impreſſe Anno dñi. M. quingēteſimotredecimo In vigilia aſcenſionis.